



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lectio secunda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Indutus est veste preclara et di-
 peritis tu sede hic bene: paupe-
 ri aut tu sta illic: aut sede sub
 scabello pedum meorum: non
 ne iudicatis apud vosmetip-
 sos et facti estis iudices cogi-
 tationum iniquarum. Audi
 te fratres dilectissimi. Nonne
 deus elegit pauperes in hunc
 do diuites in fide et heredes re-
 gni quod repromisit deus di-
 ligentibus se. Quos aut exho-
 norastis pauperem. Nonne di-
 uites per potentiam opprimunt
 vos: et ipsi attrahunt vos ad
 iudicia. Nonne ipsi blasphemant
 bonum nomen quod inuocatum est
 super vos. Si tamen legem per-
 ficatis regalem secundum scripturas
 diliges proximum tuum sicut
 teipsum. bene facitis: si autem
 personas accipitis peccatum
 operamini et darguti a lege quod
 si transgressores. quicumque au-
 tem totam legem seruauerit of-
 fendat autem in uno factus est
 omnium reus. Qui enim dixit
 non mechaberis: dixit et non oc-
 cidet. Quod si non mechaberis
 occides autem factus es transgres-
 sor legis. Sic loquimini et sic fa-
 cite sicut per legem libertatis
 incipientes iudicari. Iudicium
 enim sine misericordia illi quod non
 facit misericordiam. Super-
 eralat autem misericordia iu-
 dicii. Tu. **Sabbato in ves.**
an. sup. mag. Iterum at vt s.

Domica iiii. Secum Johannes

In illo tempore: Dixit Ie-
 sus discipulis suis. Va-
 do ad eum qui me misit et ne-
 mo ex vobis interrogat me quod
 vadis. Et res. **Omnia ve. be.**
Sicut ex lectione euangelica.
 fratres charissimi audiuimus
 dominus et redemptor noster
 imminente sue passionis arti-
 culo discipulis et gloriam as-
 censionis quod ipse post mortem et
 resurrectionem erat clarifica-
 dus et aduentum spiritus sancti
 quo illi erant illustrandi pate-
 fecit quatinus instante hora
 passionis eiusdem minus pro
 illius morte dolerent que pro
 mortem ad celos subleuandum
 non dubitarent minus de sua
 defolatione trepidarent quos
 ab eunte licet domino spiritus san-
 cti gratia consolandos esse spe-
 rarent. Tu. **Lectio secunda.**
Vado inquit ad eum quod me
 misit et nemo ex vobis interro-
 gat me quo vadis. Et si aper-
 te dicat Reuertor: ascendendo
 ad eum qui me incarnari con-
 stituit et tanta tamque manifesta
 erit eiusdem ascensionis clari-
 tas ut nemini vestrum opus
 sit interrogare quo vadam vi-
 dentibus cunctis quia ad celos
 pergam Tu aut. **Lectio tertia.**
Bene autem cum de ascensione sua
 dixi sicut vado ad eum quod me mi-
 sit addidit: et nemo ex vobis